Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

vobis devotissimo supplicamus affectu, ut huius
negotii finem quo frequens sollicitudo nos de-
temptat, vestre prudentiae iustitia praedat arbitrium
nulla temporis dilatione iudicium prorogante

Sequitur epistola responsionis de eis

Prudenti ac nobili feminae et illustri atque
praeclare comite M. Campanie comi-
tissa salutem. Cum amicorum iustas
petitiones exaudire teneamur et nullis digne
querentibus non decet auxilium denegare,
maxime ubi amoris in articulis oberrantes nos
postulat arbitrio revocari. Cum utrorumque causam
manifeste nobis series indicavit, cunctis dila-
tionis inter se mora reiecta, diligenti sollicitudinis
studio curavimus effectui mancipare. Vestra igitur pa-
gina demonstravit taliter inter vos dubitationis ori-
ginem incidisse, utrum inter coniugatos amor possit
habere locum, et an inter amantes zelotipia reprobetur.
Et in ambobus dubiis utrique in sententia declinare
sententiam et alterius adhaerere opinioni, et cuius de-
inde mereatur obtinere sententia, modo vos nostro vel-
le iudicio diffiniri. Ideo utriusque diligenter asser-
tione inspecta et ipsa veritate omnimoda inquisitione
perquisita, praesentis litigii taliter volumus iudicio declinare.
Dicimus enim et stabilito tenore firmamus amorem
non posse inter duos iugales extendere vires.
Nam amantes sibi invicem gratis omnia largiuntur